


Andreas Metzmaker


Lectori Benevolo, S. Patrem nostrum coelestem usq[ue] modo operari ...

[S.l.], 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742552659>


Druck Freier  Zugang





DK-9453 (1)

*Ex
Bibliotheca
Academicae
Rostochiensis*



Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Feschajahu proph. coniectionum.
Tenebrae in obitum Gust. Adolphi Suec. reg. .. habita a G. Schedio, Rector Sch. Gustr. 1633.
Lemus Regius, Das ist Schmelde Klag: u. Trauer Schrift üb. d. Eintritt .. Gustr. Adolphi .. Autore G. Schedio. 1633.

Progr. 1646. (Lectorum ad ont. invitat Rector Sch. Gustr. etc)

1648.

1649 (Jan., März, Dec.)

1650. (1. Aug. II Nov.)

1652.

1653.

1655.

1658. (1. Oct. u. Von Lecture.)

1663.

Natales Reipublicae Meclenburgicae sacri. Gustr. 1666.)

Joh. Schultzeanus, De mysterio pietatis.
mit Präs. G. Voigtii, Gustr. 1671.
(Vom Gedächtn.)

Hucht, Disp. log. de formali enunciationis redupl. et spec. sub prals.

G. Voigtii, Rectoris .. defendet. Gustr. (1671.)

Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii .. def. Gustr. (1672.)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)

F. Otto, Theses log. resp. Daleke. Gustr. 1706. Editio II. 1710.

De veritate rel. christ. .. resp. Stark. Gustr. 1710.

In alterum jubilaum Lutherianum .. Gustr. 1717.

Laetare laudis sacrificium .. datuma novellis Athenaei Gustr. Collegis. (1717)

Thesium misc. decadem .. moderatori F. Ottone Rector. prop. D. Sandow. G. 1717.

Triumph. Lied .. 2. Luth. Jubel. Fest. .. G. (1717)

Festum transl. Bild. Luth. germ. .. celebr. .. in vrb. Richter. Gustr. Rector. (1719.)

Cantata .. (1719)

Progr. 2. Festum sac. II Augustanae Confessionis .. in vrb. .. (1730)

Cantata .. (1730)

Progr. 2. Geburtstagfeier des Herzogs 1731. (Richter, De Henrico Leone)

1732. (Di Alberto et Johanne)

[1733 steht ill. 885-7]

1734. (De rebus Meclenburgicis)

Ns. Progr. 2. Geburtstagfeier d. Herzogs 1718 ff. u. a. siehe ill. 74.

Progr. z. Geburtstagsf. des Herzogs. 1735. (Richter etc.)

1736. (" ")

1737. (" ")

1738. (" ")

1739. (" ")

1741. (" ")

1743. (" ")

1744. (" ")

1745.

1746.

1747.

~~1848~~ *Leverii darnu bucolicum* ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

Philippi Julii Ducis Rom. diarium itineris ed. Richter. 1750.



Lectori Benevolo, S.

Patrem nostrum coelestem usq; modò o-
perari. Operari quoq; unigenitum ejus
Filium, vel ex eo nobis constare potest,
quod coelum & terram, cum omnibus
qvæ continent, non modò creavit, sed &
creata usq; sustentando facta recta con-
servat. Cum primis verò hominis ratio-
nem habens, qvotannis è terra producit,

non tantùm necessitate ejus, sed & honestæ voluptati inser-
vitura. Qvod ipsum si à capite, & *ὠμαρὰ ἀφ' ἐσθίας* arcessere
quis vellet, non tantillam schedulam, sed justum scribendo
volumen confecturus esset. Solam hac vice messem confi-
derantes, non possumus, qvin fateamur; opus Dei esse, vel
ex eo metuendi, quod dat pluviam tempestivam & seroti-
nam tempore suo, & messis statuta nobis etiamnum servat
inconcussa. Neq; enim humanæ effectum industriæ est, ex
femente facta etiam messem facere. Fuiisset eqvidem hæc
terræ felicitas cum hominibus communicanda, nisi hi sese,
in vitium sponte atq; exitium induissent, adeoq; innumerā
malorum illiadem contraxissent, naturali potiùs qvàm legi-
timā successione etiam in posteros derivandam. Eapro-
pter enim iratum Numen tribus terram vicibus diro male-
dicto percussit, sub Adamo scilicet, Caino & Noacho, ubi
per integrum annum aquis diluvii immerfa, parùm abfuit,
qvin in primævum Chaos rursus desineret, lineà deforma-
tionis & inanitatis perpendiculo dimensa, Esa, 34, 11. Sed
misertus humanæ miseræ Pater misericordiæ, triplex illud
maledictum multiplici benedictione ita correxit, ut sanctif-
simè promiserit, messem usq; futuram, dum futuri dies ter-
ræ sint, Sed labore sua hominibus bona postmodum ven-
ditu-

diturus, sudorē vultus comparandum panem reprōmiffit.
Neq; enim sponte fruges proveniunt, qvōd sub Martiano
Imper. Nicephorus testatur Christianis obtigiffe, ex atro-
ciffimā peste tūm grassata superstitibus. Neq; angelico am-
plius pane depluit, qvi famelicis sed delicatis tamen in de-
serto Israelitis ad nauseam usq; coelitus olim suppetebat.
Et Zonara teste Tom. 2. annal. in castris Probi Imperatoris
contra Germanos belligerantis, maximo imbri delato, mul-
tum simul frumenti decidit, sedandæ militum fami, quā pri-
dem laborārant. Eādē qvoq; felicitate, qvōd Thuanus
lib. 5. asserit, Anno 1548, gavisi sunt in Carinthia, qvando
duabus horis, ad duo amplius milliaria, annonam pluit, ex
qva panis pinfatur. Sed neq; in arboribus nascuntur fru-
menta, nostrā ope non indigentibus, qvōd Plinius naturæ
indagator solertissimus semel factum dicit lib. 18. cap. 18. ni-
mirum P. Ælio, Cn. Cornelio Coss. qvo anno superatus est
Hannibal. Simile qvid ante annos 28. sub initium belli
Danici in arboribus conspectum fuisse, Eberhardus Was-
senbergius in Germanico, qvem dicit, Floro asseverat.
Qvid? qvōd ipsi auriti non tantūm, sed & oculati testes su-
mus, idem ostentum superiore etiam anno frugibus in hoc
Ducatu accidisse, omine, qvæ Dei in nos clementia est, hæc
etenus meliore, qvām nonnulli tunc conjiciebant.

Verum enim verò hæc, & si qvæ allegari possint alia,
singularia Dei sunt omnia liberrimè disponentis sive bene-
ficia sive miracula. Ordinarium procurandæ annonæ ele-
mentum Terra est, benignissima illa Mater, à qva nascimur,
à qva alimur, in qva versamur, per qvam reficimur, in qvam
revocati iterum redigimur miseri mortales. Hæc fruges
producit largissimas, omnivarias; sed tum demum, cum
probè exercita, pertractata, & sudore vultus qvafi irrigata
suerit. Neq; enim, qvōd Cicero ait, imperium hæc recu-
sar,

fat, nec unquam sine usurâ reddit, quod accepit, sed aliâ
minore, plerumq; majore cum foenore. Sed ne hoc quidē
perpetuum esse vel ex Psalmo constat innuente, quod Deo
retrahente incrementum, fertile solum nihil ferat, propter
colentium sc. improbitatem. Suo id exemplo jam pridem
testatum fecit terra sancta, terra lacte ac melle circumflua,
per tres cum dimidio annos nequicquam alimenti produ-
cens. Similem annonæ caritatem, superioribus aliquot
annis, & nobis minitari videbatur Deus improbitate etiam
nostrâ justè offensus: Sed nuperâ messe, quæ & ipsa inef-
fabilis ejus & meritis indebita nostris benignitas est! annos
illos eâ copiâ rependit, quâ expletæ nunc omnes camerae,
refertæ omnes cellæ, casæ omnes turgidæ sunt, & horreis
citiùs quàm frumentis multi agricolantium destituuntur:
Comedamus nunc! sed satiati laudemus etiam, qui tam mi-
rificè erga nos se gessit, cœli terræq; **DOMINUM**, hac
tantâ benedictione famelicos nos homunciones tantum
non obruentem! Æstimemus quoq; Dei in nutriendis no-
bis cooperatores, agricolas puto, neq; opera ipsorum tam
vili in posterum faciamus!


Horum quum & plurimi non tantum in reliquo Me-
kelnburgo, sed etiam in Illustri hoc Gustavo agant, non
sibi solis metentes, sed & nobis Præceptoribus ac Discipu-
lis non seminantibus; idcirco quinq; ex hujus Scholæ alu-
mnis intermittere non potuerunt, quin me autore Agricul-
turam & opera rustica hac vice suâ pro virili comendarent.
Facient verò id ipsum ad præscriptum Rhetoricæ nostræ,
I. ab honesto, **SEBASTIANUS Helmsdorff/ Mulhus. Thuring.**
II. ab utili, **ADOLPHUS FRIDERICUS Heling/
Swerin.** III. à jucundo, **JOHANNES CASPARUS
Polz/ Saltzâ-Thur.** IV. à necessario, **PETRUS Koloff/
Gustro:**


Gustroviensis. V. à tuto, ADOLPHUS FRIDERICUS
Hartmann/Swerin.


Quia verò & hic Auditor studium excitat, VIROS
Magnificos, Nobilissimos, admodum Reverendos, Con-
sultissimos, Amplissimos, Clariss. Prudentissimos, Humani-
siss., omnes deniq; Literatos summo per me opere rogatos
volunt, ut crastino die finitâ concione actum hunc oratori-
umgratiosâ suâ præsentia, in primo Scholæ nostræ audito-
rio, cohonestate ne dedignentur. Quum itaq; hoc, quic-
quid est, in Dei Trinitus honorem, juventutis scholasti-
cæ commodum, & debitam piorum coloniarum veneratio-
nem institutum sit, non dubito nobis gratificaturos, quot-
quot gravioribus non præpeditis, aliq;vâ saltem & rerum
scholasticarum, & agricolationis curâ tanguntur. Valet
& nobis usq; favete!

Gustrov d, 5, Septemb. Anno 1653.

Andreas Melzmacher /
Schol. Gustrov, Rector,







fat, nec unquam sine usurâ reddit, quod accepit
minore, plerumq; majore cum foenore. Sed ne
perpetuum esse vel ex Psalmo constat innuente, et
retrahente incrementum, fertile solum nihil ferat
côlentium sc. improbitatem. Suo id exemplo ja
testatum fecit terra sancta, terra lacte ac melle ci
per tres cum dimidio annos nequicquam alimen
cens. Similem annonæ caritatem, superioribu
annis, & nobis minitari videbatur Deus improbi
nostrâ justè offensus: Sed nuperâ messe, quæ &
fabilis ejus & meritis indebita nostris benignitas e
illos eâ copiâ rependit, quâ expletæ nunc omne
refertæ omnes cellæ, casæ omnes turgidæ sunt,
citiùs quàm frumentis multi agricolantium des
Comedamus nunc! sed satiati laudemus etiam, qui
rificè erga nos se gessit, coeli terræq; DOMINI
tantâ benedictione famelicos nos homunciones
non obruentem! Æstimemus quoq; Dei in nutri
bis cooperatores, agricolas puto, neq; opera ipse
vili in posterum faciamus!

Horum quum & plurimi non tantum in reli
kelnburgo, sed etiam in Illustri hoc Gustrovia a
sibi solis metentes, sed & nobis Præceptoribus ac
lis non seminantibus; idcirco Quinq; ex hujus Sc
mnis intermittere non potuerunt, quin me autori
taturam & opera rustica hac vice suâ pro virili com
Facient verò id ipsum ad præscriptum Rhetoric
I. ab honesto, SEBASTIANUS Helmstorff/ Mu
ring. II. ab utili, ADOLPHUS FRIDERICU
Swerin. III. à jucundo, JOHANNES CA
Polky/Salizâ-Thur, IV. à necessario, PETRU

